



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Legis Litera Sive carne, & spiritu. Andreæ Boden.
Carolostadij Enarratio**

Karlstadt, Andreas

Vvittembergae, 1521

VD16 B 6169

Kolophon

urn:nbn:de:hbz:466:1-33315

ens manet, dum os arcana legis eloquitur. Veritas in ore,
ueritas in iudeitate & iniusticia Quod deus reuelauit habe-
mus, cor autem longe abest, quia ueritatem non habemus
in ueritate, hoc est in spiritu.

Nunc breuiter quelibet lex, & omne præceptum carnem
habet & animam, sive literam & spiritum. Hoc mā datum,
Non concupisces non est sine vetustate & nouitate. Quo-
niam Paulus de eo dixit, Seruamus per nouitatem spiritus
non per vetustatem literæ. Rō. vii. Ad hominem & legem
hęc duo Paulus retulisse videtur ¶ In eo vetustatē & carnē
legis opinor consistere, quod carnalis homo solet, in litera
turam ire, audiens dei præcepta, hoc est, Temere stans in eo,
quod audit, arbitrans satis sibi esse, legem audississe. Id quod
costat tūmidos Iudeos fecisse (Exodi. xxiiij. dicētes. Omnia
quę locutus est dominus faciemus, & erimus obediētes. Illi
audacter & fortiter literā sermonis acceperunt. Literaturā
nouerunt, Potenciā domini non nouerunt. Sed dicit. Non
noui literaturā, sed introibo in potenciā domini. Hanc p̄
tenciam cœpit dominus aperire. Deu. v. Vbi rursus dicen-
tibus Iudeis, Nos audientes faciemus ea. Quibus ait domi-
nus. Quis det talē eos habere mentem, ut timeant me, &
custodiant mandata mea. Nimirū co sermone demonstrauit,
non sufficeret legis literam, Sed potencia opus esse, qua talē
mentem capiant, Id quod & Moses de circumcisione pala-
disseruit, & omnes post eum prophetæ docerunt. Itaque
spūs legis est occultatus & intrinsecus oblectat mentē, quia
spiritum non operibus, sed fide, nō uenustate, sed ne uitate
contingimus hoc ē uoluntati dei fiducia atque fide iungi-
mur, cætera alias.

VVittemberge Anno Domini
M. D. X X I.

